Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31313
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



135

dit me. Respondit
Iudei. Et dixerunt
ei. Quod signum ostendis nobis. quia hæc facis
respondit iesus. et dixit
eis. Solvite templum hoc. et in tribus diebus
excitabo illud. Dixerunt Iudei. Quadraginta sex annis
ædificatum est
templum hoc. et tu in tribus diebus excitabis illud. Iesus autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis. recordati sunt
discipuli eius quia hoc
dicebat de corpore
suo. Et crediderunt
scripturæ. et sermoni
quem dixerat iesus. Cum autem essemus in
pascha. in die festo
multi crediderunt in nomine eius
videntes signa quæ
faciebat. Ipse autem iesus non credebat se
metipsum eis. eo
quod ipse nosset omnes.
et quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse autem sciebat quid esset in homine.
off. Jubilate deo